Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



numerati sunt. Nolite ergo timere: multis
passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui
confitebitur me coram hominibus: confitebor et
ego eum coram patre meo qui est in celis. Cum
Si quis vult. Ke in vigil. Laurencij: S. Lucam
Hvt. Dixit d. l. d. s. Si quis vult post
me venire: abneget semetipsum et tollat cru
cem suam cottidie: et sequatur me. Qui enim
voluerit animam suam salvam facere: perdet
illam. Nam qui perdiderit aiam suam propter me:
salvam faciet illam. Quid enim proficit homo si
lucretur universum mundum: se ipsum autem
perdat: et detrimentum sui faciat. Nam qui me erv
buerit et meos sermones: hunc filius hominis
erubescet cum venerit in maiestate sua et patris
et sanctorum angelorum. Dico autem vobis: vere sunt
aliqui hic stantes: qui non gustabunt mortem
donec videant regnum dei. Secundum Matheum
Hvt. Dixit d. l. d. s. Nolite arbitrari: qua
venerim pacem mittere in terram. Non veni mit
tere pacem sed gladium. Veni enim separare hominem
adversus patrem suum: et filiam adversus ma
trem suam: et nurum adversus socrum suam:
et inimici hominis domestici eius. Qui amat
patrem aut matrem plus quam me: non est me dig
nus. Et qui amat filium aut filiam super me
non est me dignus. Et qui non accepit crucem
suam et sequitur me: non est me dignus. Qui
invenerit aiam suam: perdet illam. Et qui perdi
derit aiam suam propter me: inveniet eam. Qui
recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: